Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



68 6a

puli posuerunt manus sup caput eius. Que flens
suspexit in celum. Erat enim cor eius fiducia habens
in domino. Et dixerunt plures. Cum de ambula-
remus in pomerio soli. ingressa est hec cum duabus
puellis et clausit ostia pomerij. dimisit puellas. neque
adolescens qui erat abscondit. se cubuit ei ea. porro nos
ei cum. i angulo pomerij videtes in qua re accurrimus
ad eos et vidimus eos pariter commiscere. et illum
quidem non quimus comprehendere quia fortior
nobis erat et aperto ostio exiluit. Hanc autem cum
apprehendissemus interrogauimus eam quis esset
adolescens et noluit indicare nobis. Huius rei
testes sumus. Credidit eis multitudo quasi seni-
bus populi et iudicibus et condempnauerunt eam ad mor-
tem. Exclamauit autem susanna voce magna et
dixit. Deus eterne qui abscondita es cognitor. qui
nosti omnia antequam fiant. Tu scis quia falsum
contra me tulerunt testimonium. Et ecce morior cum nul-
lum horum fecerim quem malitiose composuerunt
adversum me. Exaudiuit autem dominus voce eius
Cumque ducerent ad mortem. suscitauit dominus spi-
ritum sanctum pueri iuniores cui nomen daniel. Et excla-
mauit voce magna et dixit. Mundus ego sum a san-
guine huius. Et conversus omnis populus ad eum dixit.
Quis est iste sermo quem tu locutus es. Qui cum
staret in medio eorum ait. Sic fatui filij israel. non iudi-
cantes neque quod verum est cognoscentes condempna-
stis filiam israel. Revertimini ad iudicium. quia fal-
sum testimonium locuti sunt adversus eam. Revertis est ergo populus cum festinatione. Et dixit ad